



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Episcopi iuste principes non praedones, sicut Lutherani, qui episcopatus & monasteria violenter praedantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

episcopos potentiam contra ius & phas occupasse, cum Episcopi Imperatorum, Regum, ac Principum (qui Christum in mis-
nistris suis honorarunt) munificentia, ac largissimis dona-
tionibus temporalia possideant. Nescit autem Bucerus ius-
tum titulum esse possidendi donationem, de quo alias plu-
ra scripsimus, ut non opus sit omnibus iniurijs aduersus
potestatem ecclesiasticam à Bucero hic impudenter effusis
respondere.

Opponit episcopis, q̄ omnem reprehensionem & ad-
monitionem odiant: mirum quomodo bestia illa audiat
hoc mouere, cum nullus sit ordo viuentium, qui magis odi-
at reprehēdi, quam hæretici. Ita sunt feroculi, vt omnibus
dicant, noli me tangere. Verum episcopi non dignan-
tur reprehendi per charitatem, quia sic vera iustitia com-
passionem habet, ait B. Greg., falsa vero iustitia dignatio Gregor.
nem: & tota Homilia in superbientem ac ferocientem Bu-
cerum conuenit.

Quām vere autem affirmat hic Caiaphas: Regno men-
daciō omne verum exitiosum est. Ideo non mirum, cum he-
res sit regina in regno mendaciō, q̄ omnes hæretici verita-
tem nec audire posseunt, nec sustinere: præsertim si quis illo
rum licentiosas atq; effrenas libidines corripuerit: ita omni-
vi conantur suis hæresibus religionem opprimere, ac impi-
etatem communire.

Simili mendacio asserit doctrinam euangeliū à catholis-
cis obscuratam, quæ tamen per hæreticos falsatur, corrum-
pitur & laceratur. Quod de recentibus dijs meminit, argu-
mentum istud impius Porphyrius Christianis de Christo
obiecit: at nihil ad catholicos pertinet, qui Christum ab
eterno dei filium, ex tempore hominem incarnatum, des-
um colunt, & sanctos non deos, sed dei amicos veneran-
tur, sed alibi illa.

Falsum assumit euangelium siluisse, quia in omnem ter-
ram

Hæretici
odiunt ue-
ritatem.

C. ram